



Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

11. An etiam illis, qui nullam mentionem confeßionis sacerdoti faciendæ
fecerunt?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

QVÆSTIO XI.

An etiam illis qui nullam mentionem confessionis sacerdoti facienda fecerunt?

Quæstionis explicatio.

PRætexere possunt quidam etiam ex hac parte excusationem, quod plerique hoc casu, et si ostenderint signa contritionis, nullam tamen fecerint mentionem confessionis sacerdoti faciendæ. Huius occasione queritur, an hoc prætextu pastores excusentur, an vero teneantur etiam huiusmodi absoluere sacramentaliter?

Responso.

Tenentur absoluere sub cōditione, quia in casu extremæ necessitatis, in quo ver-

*a Serm. 48.
de tempore.
super illud
confiteor tibi
Pater.*

samur, non requiritur expressa, sed sufficit tacita petitio confessionis: Et probatur primo authoritate Diui (a) Augustini: Tu-

ditur (inquit) pectus, ut arguatur quod latet in pectore, ut evidenti pulsu occultum castigetur peccatum: reddit enim rationem, quare qui audiunt Cōfiteor, tundunt pectus, scilicet, ut manifestent peccatum, & sic illud castigetur. At huiusmodi manifestatio peccati est cōfessio saltem tacita ad eius remissionem: ergo in illis signis reperitur confessio. 2. Si gna contritionis manifestat contritionem

de

de peccato, quia aliter non essent eius signa: Ergo manifestant peccatum, ut remittatur: Contritio enim est animi dolor ac detestatio de peccato commisso. 3. Quia in illo articulo signa illa fieri non solent, nisi ad minifestationem alicuius peccati, vel peccatorum, quae pungunt conscientiam, & quorum remedium queritur medicina poenitentiae: vult enim existens in illa necessitate declarare signis illis cōtritionis, quod non potest voce, qua libenter, si posset, confessionem peteret: Nam videmus etiam maximos peccatores, si vel unicum verbum proferre possint, ardenter illo tempore efflagitare confessionem.

Dices: Sit ita, quod in illis signis contritionis sit inclusa aliqua peccatorum confessio, sed non propterea illa, quae fit sacerdoti, quae sola est sacramentalis.

R. Etiam sacerdoti faciendam contineri, qui enim petit absolutionem verbis expressis, vel signis contritionis, non petit illum a laico, sed ab ecclesia & eius ministris, qui habent potestatem absoluendi, & tollendi peccata, atque adeo a sacerdote; & ita idem est petere confessionem, vel absolutionem, verbis vel signis contritionis, ac dicere, aliquis sacerdos absoluat me a peccatis, quae his verbis vel signis contritionis manifest-

238 DE N E C E S . E T M O D . M I N I S T .
manifesto in genere , meliori modo , quo
nunc possum.

Dices 2. Ad absolutionem sacramen-
tum non sufficit confiteri alicui sacerdoti
in genere , sed oportet confiteri alicui in par-
ticulari , puta , Petro , vel Paulo : Ergo non
tenetur , immo non potest pastor tali mini-
strare hoc sacramentum .

R. Non sufficere quidem huiusmodi
confessionem extra articulū prædictæ ne-
cessitatis , quia ut debita pœnitentia impo-
natur , opus est ut pœnitens omnia peccata,
quorum meminit , post diligēs examen , re-
ferat Confessario , in particulari Petro , vel
Paulo , vel alteri : In articulo tamen necessi-
tatis , qñ aliter fieri non potest , sicut satis est
tm̄ in genere confiteri , ut ostendimus ; ita
& in genere eligere Confessarium , maxime
cum contra hoc nihil sit assertum , vel à sa-
cra Scriptura , vel à summō Pontifice , vel à
Concilio generali , vel à communi Theolo-
gerum sententia .

Q V A E S T I O X I I .

An & illos , qui huiusmodi signa pœnitentiae dede-
runt in absentia pastoris ?

Quæstionis explicatio :

O Rdinarie confessio fieri debet in præ-
sentia sacerdotis ; hinc quidam for-